



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CXXIX [i. e. CXCIX]. De Vastatione terrae Sambiensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. CXXIX.

De

Vastatione terræ Sambiensis.

Tempore hujus Magistri Fratris Mangoldi Sudovvite ex præmissis & variis afflictionibus castigati per fratres ultra modum turbati sunt & concepta contra ipsos indignatione nimia, concilium fecerunt, quomodo possent oppressionem hujusmodi vindicare, & quia per se non poterant adjuncto sibi auxilio Lethovvinorum intraverunt potenter terram Sambie. Fratres longo tempore de hoc fuerunt præmuniti. Unde nihil aliud facere poterant, nisi quod X. diebus pertransierunt terminos dictæ terræ & habitationes, & alia, quæ extra Castra & munitiones sita fuerant cremaverunt, & sic occisis de exercitu suo V. Viris recesserunt.

*Anno Domini MCCLXXX.
Karolus Rex Salerni canus &
postea Rex Siciliae corpus Ma-
rie Magdalene reuelavit.*

*Eodem anno Albertus Ma-
gnus Colonia moritur. Hoc
etiam anno S. Jodocus in Dia-
cesi Pomesaniensi in Prussia
incepit facere miracula.*

CAP. CC.

De

*Impugnacione Terræ Sudovvite & capti-
vitate & morte plurimum Sudovvitarum.*

Medio tempore, quo iste exercitus infidelium fuit in terra Sambie, Fr. Ulricus Bavarus Commendator de Tapiov cum XII. fratribus & (a) CCL. Viris equitibus intravit Sudovviam & præter alia damna quibus afflixit eam incendio & rapinâ (b) CL. homines cepit & occidit, uxores Nobilium filios & filias & fa-